

virtute tua cogitas. sin in te ille animus est, qui iam 4  
 a principio nobilitatis factionem disturbavit, plebem Ro-  
 manam ex gravi servitute in libertatem restituit, in prae-  
 tura inimicorum arma inermis Jisiecit, domi militiaeque  
 tanta et tam praeclara facinora fecit, ut ne inimici qui- 5  
 dem queri quicquam audeant nisi de magnitudine tua:  
 quin tu accipe ea quae dicam de summa re publica.  
 quae profecto aut vera invenies aut certe haud procul  
 a vero.

3. Sed quoniam Cn. Pompeius aut animi pravitate 1  
 aut quia nihil eo maluit quod tibi obsesset ita lapsus 11  
 est, ut hostibus tela in mānūs iaceret, quibus ille rebus  
 rem publicam conturbavit, eisdem tibi restituendum  
 est. primum omnium summam potestatem moderandi 2  
 de vectigalibus sumptibus iudiciis senatoribus paucis 15  
 tradidit, plebem Romanam, quous antea summa po-  
 testas erat, ne aequis quidem legibus in servitute reli-  
 quit. iudicia tametsi, sicut antea, tribus ordinibus tra- 3  
 dita sunt, tamen idem illi factiosi regunt, dant adimunt  
 quae lubet, innocentis circumveniunt, suos ad honorem 20  
 extollunt. non facinus, non probrum aut flagitium obstat, 4  
 quo minus magistratūs capiant. quos commodum est  
 trahunt rapiunt; postremo tanquam urbe capta libidine  
 ac licentia sua pro legibus utuntur. ac me quidem me- 5  
 diocris dolor angeret, si virtute partam victoriam more 25  
 suo per servitium exercerent. sed homines inertissimi, 6  
 quorum omnis vis virtusque in lingua sita est, forte  
 atque alterius socordia dominationem oblatam insolent-